

Heinrich Rudolph Redecker

**Rector Academiae Rostochiensis Henricus Rudolphus Redeker, ICTus & Prof.
Publ. Omnibus Academiae Civibus S. P. Recurrit hodie inter Christianos
orthodoxae Ecclesiae ad dictos Festum coelestis militae Imperatori, seu
Archangelo Michaeli, totique exercitui angelico sacrum. ... Sub Sigillo Rectoratus
ipso die Michaelis Anno M DC LXXV.**

Rostochii: Kilius, 1675

<http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn769099955>

Druck Freier  Zugang





J. 512.

1675. Mich.

~~M. 1256. 21.~~

S

LITTE MODORE,

consistat & ius pariter omnes quod professi-
onis, officii, iibus piis ad pedes altissimi; cele-
bremus cal Precemur ex intimis cordis affe-
ctibus near emus pectora nostra a fœdo ini-
quitate notia & muscis nostris exturbemus.
Mitte Pater etus & insultus frangat, Acade-
miam nostram dirigat, adeoque totam nostram
Rempublicamulo aucti, tibi, cœlestium ani-
morum cono M DC LXXV,

RECTOR
ACADEMIÆ ROSTOCHIENSIS
HENRICUS RUDOLPHUS *Redeker*,
Jctus & Prof. Publ.
Omnibus Academiae Civibus
S. P.

REcurrit hodiè inter Christianos orthodoxæ Ecclesiæ addictos Festum cœlestis militiae Imperatori, seu Archangelo Michaeli, totique exercitui angelico sacrum. Quod, pro glorioso Victoris summi triumpho, & pro indefessis excubiis ac fidâ angelorum custodiâ, ex piâ Patrum Christianorum, totiusve Evangelicæ civitatis lege, inveteratâ pariter & laudabiliconsvetudine probatâ, solenni ac devotâ festivitate celebratur. Cum itaque Christiani orbis incolæ huic sacro mori insistant, publicisque concionibus frequentes interfint, ut altâ voce victori maximo justissimum triumphum agant, & sanctorum Angelorum tutelam dignis laudibus efferant, adeoque piæ gratæque mentis signa publice edant, dum templa, aræ, suggesta facundâ Ecclesiastarum oratione tibi arumque cantû personant, nostrum ordinem, in hac bonorum lætitâ tacitum delitescere, non indecorum modo sed planè impium foret. Enimvero si cum animis reputaverimus nostris, quæ in semestri proximè præterito hæc nostra alma mater Academia perpessa sit, & quibus subindè calamitatibus & injuriis afflicta dissipata & turbata, non semel fuerit, divino tamen præsidio & Angelorum vigiliatamine in aliquâ sui statione manserit, summæ ingratitude & præfractæ contumaciæ rei erimus, si clementissimam DEI benignitatem & beneficentiam devoto pectore agnoscere neglexerimus, felices si gratis animis immensum divinæ protectionis robur veneremur. Uti enim illa omnium mortalium miserrima conditio est, quæ insidiis fraudi ac machinationibus Diaboli, tanquam hostis humani generis insensibilissimi, sunt expositi, ita nulli majori odio vires virusque suum sævius intentat, quàm nostro ordini nostræque societati, cui eò intensior semper est manebitque, quo majorem inde jacturam ac detrimentum imperium suum capere animadvertit. Fuit siquidem hæc nostra mater Academia ultra ducentos octo & quinquaginta annos pietatis, religionis, prudentiæ, virtutum, ac omnium honestarum disciplinarum officina, quam paterna DEI benignitas, Augustissimorum Imperatorum auctoritas & Serenissimorum Ducum Mechleburgicorum Dominorum nostrorum clementissimorum patrociniû atque tutela in hodiernum usque diem in aliquo vigore ac flore conservavit ac sustentavit. Et quamvis splendidum hoc nostrum virtutum seminarium, ex quo pulcherrimæ prodiere ecclesiæ, atque Reipubl. plantæ, modo internis motibus, modo bellicis tumultibus, modo aliis variis calamitatibus sæpiusculè fuerit pressa, sic ut aliquando sedem hospitiumve suum, quod nec hodiè pestifero Draconi ejusque sodalibus, in Reipubl. perniciem displiceret, mutare coacta fuerit, attamen per DEI Staroris gratiam ejusque militiae cœlestis excubias adhuc manet atque durat. Nam quo magis in pergelico, pro salute cætus scholastici nostri vigilat, eundem vovet atque ruetur. Adeste itaque Cives honoratissimi, & quid calamitosissimo hoc tempore vestri sit officii, purâ & devotâ mente perpendite. Pereundum nobis singulis momentis esset, & extrema instarent de improvîso, ab iis qui DEUM ipsum, si liceret de folio suo deturbarent, & cœlum terrâ miscerent, nisi in defessum studium vigilantissimi Angelorum exercitus nos tutaretur. Præparate corpora animosque vestros, ut Angelorum turba nos inter consistat & omnes imminentes adversitates expellat, hostiumve tela venenata retundat. Faciamus pariter omnes quod professi onis, officii, religionis & pietatis ratio abs nobis afflagitat. Procedamus devotissimo cultu, & precibus piis ad pedes altissimi; celebremus calidissimis votis tanti boni auctorem & præsens Festum pio cum desiderio transigamus; Precemur ex intimis cordis affectibus ne angelorum præsidio nos carere sinat, qui cœlestis militiae Creator & Imperator est: Purgemus pectora nostra à fœdo iniquitatis nostræ squalore, ne sanctissimorum Spirituum præsentiam, opem, & custodiam ex Academia & museis nostris exturbemus. Mitte Pater omnipotens partem tui exercitus ut Satanæ insidias repeilat, hostium nostrorum impetus & insultus frangat, Academiam nostram omnesque in eâ docentes ac discentes protegat, studia consilia & actiones nostras dirigat, adeoque totam nostram Rempublicam firmo præsidio muniat, & discrimina abs nobis avertat, ut tandem, bonorum cumulo aucti, tibi, cœlestium animorum consortio societati, æternas laudes dicamus. Sub Sigillo Rectoratus ipso die Michaëlis Anno M DC LXXV,

ROSTOCHII, Typis JOHANNIS KILII, Acad. Typogr.

RECTOR
ACADEMIE ROSTOCKENSIS
HENRICUS RUDOLPHUS
Ictus & Prof. Publ.
Omnibus Academicis Civibus




Henricus Rudolphus Ictus & Prof. Publ. Omnibus Academicis Civibus
Imprimatur
Rostocki

167
M-1256 21
1465 (2)



ROTOR
ACADEMIA
HENRICUS
ICUS
Omnibus





RECTOR
ACADEMIÆ ROSTOCHIENSIS
HENRICUS RUDOLPHUS *Redeker*
Jctus & Prof. Publ.
Omnibus Academiae Civibus
S. P.

REcurrit hodiè inter Christianos orthodoxæ Ecclesiæ addictos Festum cœlestis militiæ Imperatori, seu Archangelo Michaeli, totique exercitui angelico sacrum. Quod, pro glorioso Victoris summi triumpho, & pro indefessis excubiis ac fidâ angelorum custodiâ, ex piâ Patrum Christianorum, toriusve Evangelicæ civitatis lege, inveteratâ pariter & laudabiliconsvetudine probatâ, solenni ac devotâ festivitate celebratur. Cum itaque Christiani orbis incolæ huic sacro mori insistant, publicisque concionibus frequentes intersint, ut altâ voce victori maximo justissimum triumphum agant, & sanctorum Angelorum tutelam dignis laudibus efferant, adeoque piæ gratæque mentis signa publice edant, dum templa, aræ, suggesta facundâ Ecclesiastarum oratione tiliarumque cantu personant, nostrum ordinem, in hac bonorum lætitâ tacitum delitescere, non indecorum modo sed planè impium foret. Enimvero si cum animis reputaverimus nostris, quæ in semestri proximè præterito hæc nostra alma mater Academia perpessa sit, & quibus subindè calamitatibus & injuriis afflicta dissipata & turbata non semel fuerit, divino tamen præsidio & Angelorum vigilitutamine in aliquâ sui statione manserit, summæ ingravidinæ & præfractæ contumaciæ rei erimus, si clementissimam DEI benignitatem & beneficentiam devoto pectore agnosceremus, felices si gratis animis immensum divinæ protectionis robur veneremur. Uti enim illa omnium mortalium miseratio est, quæ insidiis fraudi ac machinationibus Diaboli, tanquam hostis humani generis insensibilis, sunt expositi, ita nulli vires virusque suum sævius intentat, quàm nostro ordini nostræque societati, cui eò intensior semper est manebitque jorem inde jacturam ac detrimentum imperium suum capere animadvertit. Fuit siquidem hæc nostra mater Academia centos octo & quinquaginta annos pietatis, religionis, prudentiæ, virtutum, ac omnium honestarum disciplinarum quam paterna DEI benignitas, Augustissimorum Imperatorum auctoritas & Serenissimorum Ducum Mechleburgicorum nostrorum clementissimorum patrocinium atque tutela in hodiernum usque diem in aliquo vigore ac flore consistenavit. Et quamvis splendidum hoc nostrum virtutum seminarium, ex quo pulcherrimæ prodiere ecclesiæ, ac plantæ, modo internis motibus, modo bellicis tumultibus, modo aliis variis calamitatibus sæpiusculè fuerit pressa, sic sedem hospitiumve suum, quod nec hodiè pestifero Draconi ejusque sodalibus, in Reipubl. perniciem displiceret, cta fuerit, attamen per DEI Staroris gratiam ejusque militiæ cœlestis excubias adhuc manet atque durat. Nam quoniam & interitum nostrum inferni Draconis tela diriguntur, eò acrius Victor ac Triumphator Michael, cum evangelico, pro salute cætus scholastici nostri vigilat, eundem vovet atque ruetur. Adeste itaque Cives honoratissimi, & rosissimo hoc tempore vestri sit officii, purâ & devotâ mente perpendite. Pereundum nobis singulis momentis esset, instarent de improvise, ab iis qui DEUM ipsum, si liceret de folio suo deturbarent, & cœlum terrâ miscerent, nisi studium vigilantissimi Angelorum exercitus nos tutaretur. Preparate corpora animosque vestros, ut Angelorum tutela consistat & omnes imminentes adversitates expellat, hostiumve tela venenata retundat. Faciamus pariter omnes quoniam onis, officii, religionis & pietatis ratio abs nobis afflagitat. Procedamus devotissimo cultu, & precibus piis ad pedes alibremus calidissimis votis tanti boni auctorem & præsens Festum pio cum desiderio transigamus; Precemur ex intimis precibus ne angelorum præsidio nos carere sinat, qui cœlestis militiæ Creator & Imperator est: Purgemus pectora nostraque puritatis nostræ squalore, ne sanctissimorum Spirituum præsentiam, opem, & custodiam ex Academia & museis nostris Mitte Pater omnipotens partem tui exercitus ut Satanæ insidias repellat, hostium nostrorum impetus & insultus frangam nostram omnesque in eâ docentes ac discentes protegat, studia consilia & actiones nostras dirigat, adeoque tota Republicam firmo præsidio muniat, & discrimina abs nobis avertat, ut tandem, bonorum cumulo aucti, tibi, comorum consortio societati, æternas laudes dicamus. Sub Sigillo Rectoratus ipso die Michaëlis Anno M DC LXXV,

ROSTOCHII, Typis JOHANNIS KILII, Acad. Typogr.

